Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

etiam intulsetis in circuitum. Unde continuo et se ipsum mundatorem palmitum ostendit dicens. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Ecce ipse mundator est palmitum, quod est agricole non uitis officium. Sed quare non ait: mundi estis propter baptismum quo abluti estis? nisi quia et in aqua uerbum mundat. Detrahe uerbum, et quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum, et fit sacramentum. Unde ista tanta uirtus aque, ut corpus tangat et cor abluat? nisi faciente uerbo, non quia dicitur, sed quia creditur. Nam in ipso uerbo aliud est sonus transiens, aliud uirtus manens. Hoc uerbum fidei tantum ualet in ecclesia dei, ut per ipsum credentem, offerentem, benedicentem, tingentem, mundet infantem quamuis credere non ualentem. Crisostomus. Uel dicit: mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis, id est, iam lumen doctrine iam suscepistis, et a iudayco errore eruti estis.

Manete in me: et ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso: nisi manserit in uite: Sic nec uos

Quia iam Crisostomus. mundos eos esse dixerat propter sermonem quem locutus fuerat eis: docet quod oportet de reliquo incipere ea que ab eis sunt. Et ideo dicit: Manete in me et ego in uobis. Augustinus. Non eo modo illi in ipso: sicut ipse in illis. Utrumque enim prodest: non ipsi sed illis. Ita sunt quippe in uite palmites: ut uiti non conferant, sed inde accipiant unde uiuant. Ita uero uitis est in palmitibus: ut uitale alimentum subministret

nisi in me manseritis. Ego sum uitis: et uos palmites. Qui manet in me: et ego in eo: hic fert fructum multum. Quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes et arescet.

eis: non sumat ab eis. Ac per hoc ut manentem in se haberent christum, et manerent in christo, discipulis prodest utrumque: non christo. Unde subdit: Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in uite: sic nec uos nisi in me manseritis. Magna gratie commendacio: corda instruit humilium: ora obstruit superborum. Non nec hunc resistunt ueritati, ad bona opera facienda diuinum quod non necessarium putantes. Non assertores, sed precipitatores liberi arbitrii. Qui enim a semetipso se fructum estimat ferre: in uite non est. Qui in uite non est: in christo non est. Qui in christo non est: christianus non est. Alchuinus. Omnis enim fructus boni operis ab illa radice procedit. Qui nos sua gratia liberauit: et suo auxilio prouehit: ut fructum plus afferre ualeamus. Unde cum repeticione et superiore explanatione subdit. Ego sum uitis et uos palmites. Qui manet in me: credendo, obediendo, perseuerando: et ego in eo: illuminando, ad